



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 163. An requiratur consensus permutantium; item patronorum & electorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**



usque permutantis, *Bellam. Gamb. Senis, Az. Chok.*, sed requiritur speciale mandatum ad hoc, *Az. Chok.*, Et debet mandatum infra annum executioni mandari, aliàs præsumetur cessasse, *Chok.* Constitutus autem ad permutandum coram Papa non potest permutare coram Ordinario, *Chok.*; Et beneficium vacat in loco, ubi procurator permutat, non ubi constituitur, *Rebuff. Gamb. Az. Chok. Leur. p. 3. q. 866.* Quòd si Principalis moriatur post resignationem à procuratore factam, hic cogi potest ad extendendum consensum & complendam permutationem, *Chok. Leur. q. 870.* Tenetque etiam permutatio post factam mandati revocationem, si hæc debitè intimata non fuit, secundùm dicta n. 1041.: sufficit autem hanc revocationem intimari, vel procuratori vel Superiori vel compermutanti, *Paris. & alii cum Leur. q. 698. n. 12.* Vide dicta à n. 1032. de resignatione per procuratorem, quæ hic applicari debent.

1090 Q. 163. *An requiratur consensus permutantium, item Patronorum & Electorum. R.*

§. I. Quamvis requiratur consensus permutantium, cum nemo invitus privandus sit jure suo, tamen si Ecclesiæ necessitas postulet, potest quis compelli ad permutandum. Vide *Leur. p. 3. q. 867.* Quòd si partes promiserint aut jurarint permutare, non posse resilire, docent *Chok. Ventrig.*, sed probabilis contradicunt alii cum *Garc. apud Leur. q. 868.*, quia in contractibus innominatis re adhuc integrâ locus est pœnitentiæ; obtineri tamen debet dispensatio à juramento, & secundùm *Gonz. ac But.* contra *Garc.* refundi debent expensæ alteri parti ideo causatæ; si autem res non sit ampliùs integra, sed unus beneficium suum resignarit, debet & alter compelli, *Bellam. Vbald. Az. Leur. q. 869. contra Gl. & Cynum.*

§. II.



§. II. Si permutatio fiat coram Ordinario, secundum *Gonz. Barb. Castrop. T. 13. d. 6. p. 3. §. 2. n. 4.* requiritur consensus Patronorum, ad eum modum, quo n. 977. dictum est de resignatione: Si autem Patronus reclamarit, secundum *Tond. Garc. Lott. Luca*, permutatio est ipso jure irrita propter contemptum ipsius; E contra *Staph. Zerol. Rebuff.* dicunt secundum declarationem S. Congreg. satis esse requiri consensum, quamvis negetur, quod *Garc.* explicat pro casu, quo Patronus sine justa causa contradiceret, vel permutatio peteretur in magnam utilitatem Ecclesiae, in quo consentiunt *Abb. Covar. Lamb. Garc. Tond. Chok Nicol. t. 1. d. 9. §. 15.*, eò quòd tunc supplere possit Ordinarius, nec censeatur contemni Patronus. Si permutatio fiat coram Papa, adhuc dicit *Lott.* fore irritam reclamante Patrono, nisi Papa derogaret juri patronatus, quia non aliter censeatur consentire, *Luca* de benef. d. 40. n. 3. & à n. 9. Item d. 42. n. 5. Quòd si quis scienter permuens contempserit Patronum, etiamsi addat, non aliter nec alio modo, secundum *Gratian. Rebuff. Paris. Tond.* vacat beneficium, vel in pœnam, uti vult *Garc.*, vel per privationem juris, uti vult *Francis*, & videtur consentire *Luca*, potestque præsentari alius post sententiam de nullitate inducente vacationem, *Gemin. Garc. Selv. Lamb. Lott. Luca*; Si tamen factum est ob ignoratum probabiliter patronatum, potest permuens redire ad beneficium, etiam invito Patrono, quia nec contempsit nec ingratus fuit, *Belham. Gamb. Lamb. Garc.* Vide *Leur. q. 294. à n. 5. & dicta n. 977.* Similiter requiritur consensus Electorum, eo etiam modo, quo de resignatione dictum est n. 976.

Q. 164. Quis debeat permutationes admittere seu autorizare. R.

Mm

§. I.